

101

Nobilissimo clarissimoq. viro D. Constantino  
Hugonio, Zutredani Domini, C. Barlaei, S. P. D.

Nobilissime, amplissimoq. Hugoni. audio edificare te. Hoc est modum  
ne serenia tua & oculus aranda intexant. Cuare, si unquam tam  
philosophia tibi opus, non speculativa solum, sed & practica. Speculativam  
missam facio, nam audio te Vitruvium legere, ex qua discas, ubi edificandum  
et quomodo, qua partium symmetria, qua ordine. Ex practica paucula  
adducam, quam profiteri modum est partium. potissimum ad virtutum  
te studia excitabo, magnificencia puta, mansuetudinis, temperantia  
magnanimitatis, iusticia & urbanitatis. Magnificencia opus, ut quod  
mohris opus sumtibus, sumtusq. operi respondant. Mansuetudine,  
ne facile irascaris architectis tuis iuxta et mandatis. Temperantia,  
ne nimis ad voluptatem: magnanimitate, ne nimis ad ambitionem edificet.  
Iusticia, ne cum aliorum incommodo struas, umbram proximum verberet  
aut stillicidio. Ad hoc prudentia, ne iunctam via domum sibi sit mordax  
populus. Constantia quoq. ne inchoatam domum vel molitionum  
vel imperarum studio imperfectam relinquant, ~~huc~~ & practici aliquis  
exclamat: pudent opera interrupta minant. Mirorum ingentis. Hoc  
posterioris monitum non est meum, sed Hesiodi, in 7<sup>o</sup> ep<sup>o</sup> in 7<sup>o</sup> ep<sup>o</sup>  
libello: μηδὲ δόμον ποιεῖν ἀρνηγῆτορ κἀπαιδιόν, κἀδὲ δόμον φηβρῆσαν  
linguas mutilant rudemq. Urbanitatis insuper te memorem esse cupiam  
& divorticulum aliquod edificare, in quo cum iunctae admissiois amicis  
ridas effusissime, absq. offensa puerpera aut vagientis infantie. Vbi  
aedificaveris, hoc cavendum, ne domum tuam nimis amos ac suspicias, ut  
solent. illi, qui nunquam domo sua egrediuntur aut ingrediuntur, nisi  
cum attenta frontispicij admiratione, ad quod subsistere solent meditabundi,  
quasi a lapidibus semiam intrandi impetraturi. Vbi oam inhabitabis, noti  
semper domi desidre, ne dixeris tibi & probrer Plutarchus in libello  
deq. in d<sup>o</sup> d<sup>o</sup>. Verum ab hoc malo minus tibi metuo, quamdiu Principi  
parit ut iure te docendi. Sed cur edificas, mi Hugoni, an ut habitet  
ut non defuit Diogeni, ubi habitaret, nec edificavit unquam. an, ut  
commodè habitet. Nam in conducta domo commodè habitabis. An, ne  
pecunia situ marcant. at accidit idem lapidibus & trabibus, & quidem  
multo citius. An, ut intempestive inhi pollantur, repellas hoc probrer;  
Gellius edificat. An, ne in ius vocari possis, iuxta illud Caij,  
Pandect. lib. 4. tit. d. in ius vocando. Verba sunt: Plurim. putaverunt  
nullum de domo sua in ius vocari debere. quibus similia habet  
Pantus lib. 1. tit. de regulis iuris. At illud ius iam exolvit. Et  
quantam quaso qualima. domum edificabis? Si magnam, bene  
mereri vobis de gliribus & muribus; & habitant, ubi latant, fures;  
ubi garriant & luxuriant famulae: si parvam, iniuriis vis in  
virtutis tuas, que arcti habitare nesciunt. Vis edificare  
validam & perduram, quaz. loculum ferat, vis ludibrio Censuris;



qui domos edificant, quae ad vitam domino sufficiant; nec quicquam  
magis mirantur, quam nos postis, nepotibus & abnepotibus edificare.  
Si invalidam, metuo, ne summa aliquando fiant ima, et tuo  
damno sentias, gravia moveri dorsum. Ut vides pergam te  
exordire, dico impossibilem esse, quam ordiris, adificationem. Aut enim  
edificas, quod edificatum est, aut quod non est edificatum. Si  
prius, actum ~~et~~ agis, & moveri dicis, quod est in termino. Si postrius,  
edificas non es. nam talis est id, quod non est edificatum. Insuper,  
aut edificas in loco, in quo est domus, aut in quo non est. Si in quo  
est, cur edificas? et quomodo sine corporum penetratione edificabis  
domum in loco, in quo est domus. Sin edificas in loco, in quo non est  
domus, edificas domum sine domo. Si dicas, te edificare domum  
in loco, in quo fit domus, sic insto: aut domus fit, cum est: aut  
cum non est. Si prius, non fit. nam esse et fieri implicat, contradictio =  
nem. non postrius; nam non entis nulla est affectio. Unum adhuc  
habeo contra Vitruvium tuum. quod adscribam, ne nimis illi fidas.  
Monet ille, parietes debere esse perpendicularis, et, ni arde situs  
vult, parallelas. At nego ego, dari posse in rerum natura duos  
parietes perpendicularis, ~~at~~ nego quoque dari posse duos  
aqui-distantes. Ratio est, quia gravia feruntur ad centrum & in  
centro coincidunt. quare necesse est inferiores partes parietum  
viciniores sibi mutuo esse, quam superiores, quia illi viciniores centro,  
in quo tandem concurrerent, si ad centrum usque pervenerentur.  
Vale, Hugoni doctissime, nec posthac Nihiliphi obijce, quod  
de nihilo operosius philosophari fuderint. Jam enim philo-  
sophatus, fuit de Domo. Amstelod. 2 Decemb. 1635.







